

when those Fumes were pass'd, and the *Receiver* grew clear, they were after a while succeeded by another sort that seem'd in the *Receiver* to give a faint blewish Light, almost like that of little burning Matches dipt in Sulphur. And last of all, the Fire being very vehement, there pass'd over another Substance, that was judg'd more ponderous than the former, because it fell through the Water to the bottom of the *Receiver* ; whence being taken out, ( and partly even whilst it stay'd there, it) appeared by several Effects, and other *Phænomena*, to be such a kind of Substance as we desired and expected.

II. *Problema Florentinum, de mira Templi Testudine Quadrabili. A Doctissimo Dno. Johanne Wallis, S. T. D. Solutum.*

**L**ibet hic subjungere, Problema quoddam (interven-  
tu Clarissimi Viri *D. Guilielmi Bridgman*) ad me  
transmissum, de mira cujusdam Templi Testudine Qua-  
drabili, meamque ejusdem Solutionem, cum subjuncto  
Scholio eam explicante.

*D. Guilielmi Bridgman* ad me Epistola, erat (Latine  
reddita) ad hunc sensum ;

*Reverendo Viro, D. Wallis S. T. D. Geometriae Professore, Oxonii.*

*Augusti 30. 1692.*

*Inclusam chartulam (Reverende Vir) Florentia mihi  
missam, ut ad te deferatur (de qua sententiam tuam expe-  
tunt*

( 585 )

tunt) cum his accipies. Cui si tibi visum fuerit responsū  
aliquid reponere, id ego curabo Florentiam remittendum.

Tuus ad officia,

Guilielmus Bridgeman.

Inclusa chartula, hæc erat.

Die 4. April. 1692.

“ ÆNIGMA GEOMETRICUM  
“ DE MIRO OPIFICIO TESTUDINIS  
“ QUADRABILIS HEMISPHERICÆ  
“ A  
“ D. PIO LISCI PUSILLO GEOMETRA

“ Propositum.

“ *Cujus Divinatio, à secretis Artibus Illustrorum Ana-*  
“ *lystrarum vigentis ævi expectatur, quod, in Geometriæ*  
“ *pura historia tantummodo versatus, ad tam recondita*  
“ *videatur invalidus.*

“ **I**Nter venerabilia eruditæ olim Græciæ monumen-  
“ ta, extat adhuc, perpetuo equidem duraturum,  
“ Templum augustissimum, ichnographia Circulari,  
“ ALMÆ GEOMETRIÆ dicatum, quod, à Testudine  
“ intus perfecte hemisphærica, operitur: sed in hac,  
“ fenestrarum quatuor æquales aræ (circum, & supra  
“ basim hemisphære ipsius dispositarum) tali configura-  
“ tione, amplitudine, tantaque industria, ac ingenii acu-  
“ mine sunt extructæ, ut, his detractis, superstes curva  
“ Testudinis superficies, pretioso opere musivo ornata,  
“ Tetragonismi verè Geometrici est capax.

“ Queritur modo, quæ sit, qua methodo, quave  
“ arte, pars illa hemisphæricæ superficiei curvæ quadra-  
“ bilis.

“ bilis, tensæ ad instar Carbasi, vel turgidi Veli nautici,  
 “ ab Architecto illo Geometra fuerit assecuta ? & cui de-  
 “ mum plano geometricæ quadribili sit æqualis.

“ **P**Ræsentis Ænigmatis enodatio (quod spectat ad  
 “ hujus admirabilis Fornicis, tum Constructio-  
 “ nem expeditissimam, tum Quadraturam) SERENIS-  
 “ SIMO FERDINANDO MAGNO PRINCIPI ETRU-  
 “ RIÆ, Scientiarum, & nobiliorum Artium CULTO-  
 “ RI, ac PATRONO GENEROSISSIMO, ab eodem  
 “ Ænigmatista collata jam est ; qui quidem simul non  
 “ dubitat quin hoc ipsum Ænigma à singulis, literario in  
 “ Orbe degentibus hodie, præclarissimis Analystis, sit  
 “ statim divinaturum, proprias quadrationes impertien-  
 “ do singularis Testudinis hujus retragonismicæ ac hemi-  
 “ spæra dissectæ : sed ipsorum solummodo peracutas  
 “ indagines, multiplicesque industrias ad hoc unum, i-  
 “ demque Geometricum collimantes, impatientur expe-  
 “ ctat, ut hinc, qui temere contumelias in Geometriam  
 “ jacere audent, filere discant ; vel potius maxima cum  
 “ voce exclament. OH UNICA VERORUM SCIS-  
 “ CITABILIVM SCIENTIA à DIVINA in Hominem  
 “ MENTE infusa, ut hæc, imperviis, mutabilibus, fallaci-  
 “ busque contemptis, æterna ista, quæ semper, & uni-  
 “ cuique sunt eadem, tantum appetat, nilque aliud un-  
 “ quam magis innocuum scire perquirat.

Cui sic responsum est.

*Clarissimo*